1.° Guillelmus Farinonus. Conciliationes Controversiarum Theologicarum inter S. Thomam et Card.lem Aegidium Columnam. Patauij 1624.

2.° Terentius Fantonus. Legalis Discursus pro veritate. Florentiæ 1679.

3.° Joseph Romanus. Cæsar vindicatus. Napoli 1668.
— Ragioni con le quali Matteo Vitale dimanda d'esser rimesso come Clerico al suo Giudice competente. Napoli 1669.

4.° Camillo Zonta. Capitan d'Artegliaria. Venetia 1640.

5.° Celio Talucci. Il passaggio di S. Maria d'Austria Regina d'Ungaria per lo Stato Ecclesiastico l'anno 1631. Augusta 1631.

6.° Risposta a i Dubbj Anatomici del Cerusico Reale Pastore e Arcade (senz'altro)

7. Gioseppe Passi. Discorso del non parlare per non offendere Persona alcuna. Venetia 1600.

8.° ~~Chevalier de Saint Julien~~ Paolo Antonio Appiani. Il Braccio Forte e Benefico Panegirico in Lode di S. Ansano Battezzatore di Siena. Siena 1683.

Digitized by Google

9.° Ioannes de Sacro Busto. Sphæra Mundi. Venetijs 1519.
10. Ioannes de Monte Regio. Disputationes contra Cremonensia in planetarum Theoricas deliramenta. Ibid. pag. 22.
11. Georgius Purbachius. Theoricæ novæ planetarum. Ibid. pag. 30.

Digitized by Google

II

Digitized by Google

Digitized by Google

LEGALIS
DISCVRSVS
PRO VERITATE
TERENTII FANTONI I. V. D.
Aſſeſſoris Criminalis Eminentiſs. & Reuer.mi
D. Card. Nerlij Archiep. Florentini,

Ac

Militiarum Legionum Prouinciæ Lunigianæ
Sereniſs. Magni Ducis Ætrur. Auditoris,

Pro

Tuitione Animarum Fidelium,

Aduerſus

Iuramentum, quo vtuntur Iudices Criminales in examinandis Reis.

34-5-6-2
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Florentię Typis Franciſci Onofri 1679. *Sup. permiſsu.*

Digitized by Google



IESV·CHRISTO REDEMPTORI

Humanorum Cordium Scrutatori,

Se, Suumque Legalem hunc Diſcurſum

Seruus omnium Minimus

Terentius Fantonius

Dat, Donat, Dicat.

Digitized by Google

Pater Regulus de Cocchapanis Scolarum Piarum Prouincialis videat ſi in illo Opere aliquid ſit contrarium Sanctæ Fidei, & bonis moribus, & referat. Dat. Floren. 24. Ianuarij 1678. ab Incarnat.

Alex. Puccius Vic. Gener. Florent.

ILLVSTRISSIME, AC REVERENDISSIME DOMINE.

Legalem Diſcurſum Excellentiſs. Domini Terentij Fantoni Iuris Conſulti, pro fidelium Animarum tutela aduerſus Iuramentum, quò Iudices Criminales in examinandis Reis vtuntur, cum attentè perlegerim, non ſolum Sanctæ Fidei, ac bonis moribus nihil contrarium inueni, ſed quod ipſius Fidei mirè candorem alat, & ex Chriſtiana Republica malos mores expellere quoad poteſt, doctè, ac Religiosè nitatur. Quod meo quidem iudicio tam feliciter agit, vt, ſicut omnium primus (quos legerim) rem illam ex profeſſo pertractat ita aliquid addendi locum in futurum ſcribentibus, vix reliquit. Vtinam Reges Doctrinam audiant, ac piam Doctoris mentem exaudiant animarum Saluatores facti. Ita Sentio. Ex ędibus noſtris S. Mariæ ad Riccios 25. Ianuarij 1678. ab Incarnatione.

Sigiſmondus Regulus Scolarum Piarum Prępoſitus Prouincialis.

Imprimatur ſeruat. ſeruand. &c.

Alex. Puccius Vic. General. Florent.

Imprimatur hac die 28. Aprilis 1679.

Fr. C. Pallauicinus Vic. Gen. Sancti Officij Florentiæ.

Matthęus de Mercatis Aduocatus pro Sereniſs. Magno Duce vidit.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum veritatis dicendæ, quod Iudices Criminales defferunt Reis examinandis eſt iniuſtum reſpectu Rei*. 10. 23. 26. *Eſt aſperum* 22. *Eſt inutile, & fruſtatorium reſpectu Fiſci*. 1. 28. 31. 32. *Illaqueat Animas fidelium*. 1. 33. 34. 35. 86. 90. 91. 92.

2 *Sine lege fuit inductum, à ſola conſuetudine* 4. 7. 26. *Florentiæ à Statuto inductum*. n. 9. *ibidem, à lege eliminatum*. 94.

3 *Iuramentum Calumniæ non habet locum in Cauſis Criminalibus*.

4 *Conſuetudo, quæ induxit Iuramentum veritatis dicendæ in cauſis Criminalibus fuit acriter impugnata à Doctoribus*.

Multi Doctores noluerunt uti hac conſuetudine deferendi Reis hoc Iuramentum. 4. 22. *verſ. Idem* 27.

5 *Fun-*

Digitized by Google

5 *Fundamentum illorum, qui conſuetudinem præfatam quale ſit, & quomodò defecerit.* 6.

8 *Iuramentum veritatis dicendæ, quod defertur Reis à nemine laudatur.*

9 *Iuramentum hoc à multis criminatur.*

10 *Accuſatori, & Fiſco incumbit onus probandi crimen obiectum.*

11 *Probationes debent eſſe luce meridiana clariores in Criminalibus.*

12 *Probationes non ſunt ſumendæ de domo Rei in Cauſis Criminalibus, & Auctor teſtatur obtinuiſſe ita iudicari in cauſis Magnis Florentiæ diuerſis vicibus.*

13 *Sanguinem proprium cuique licet redimere qualitercumquè.*

14 *Defenſio ſui ipſius inducta eſt à Iure naturæ, & fit communis etiam animalibus irrationalibus.*

15 *Teſtimonium perhibere contra Coniunctos nemo cogitur.*

16 *Et contra ſanguinem nemo admittitur ad teſtificandum, & de ratione.*

17 *Contra ſe ipſum Teſtimonium dicere iniuſtum eſt.*

18 *Tortura, non Iuramentum poteſt vti contrà Reum, Carcer, & tortura non debent lædere incolumnitatem Rei.*

19 *Argumentum, à tortura ad Iuramentum contra Reum non procedit.*

20 *Lex, quod non dixit, nec nos dicere debemus.*

Digitized by Google

21 *Tortura in Criminalibus eſt remedium ſubſidiarium loco Iuramenti.*

23 *Reus periurus in Cauſa Criminali non punitur à Iuſtitia temporali, & quare.*

24 *Iuramentum debet habere Iuſtitiam comitem, & ſumit naturam Actus, cui adijcitur* 25. 26.

29 *Auctor in explendo munere Iudicis, & Cura defendendi Reos, Florentiæ, & Romæ non vidit Reum, qui ob Iuramenti horreſcentiam delictum confiteri voluerit, & idem conſueuit diebus antiquis. n.* 30.

32 *Ex Rei periurio perit Anima iurantis, & ſcienter deferentis Iuramentum.*

33 *Aduocatorum Animæ ponuntur in diſcrimine à dicto Iuramento.*

34 *Caſiſtæ in materia dicti Iuramenti quandoquè ſunt ancipites.*

35 *Iudicum Animæ non ſemper periculo vacant in materia delationis dicti Iuramenti.*

36 *Reorum Animæ in caſibus huius Iuramenti ſunt in periculo.*

37 *Scriptores morales multum laborauerunt ad inueniendum modum vitandi periurium in Reo Iurante, & an vtiliter.* 53.

38 *Labores eorumdem ſcriptorum in dicta materia fuerunt inutiles, vel parum vtiles, & quare n.* 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45.

44 *Occi-*

Digitized by Google

44 *Occìdens ad neceſſariam ſui ipſius defenſionem, an tuta conſcientia poſſit negare ſe occidiſſe, etiam quod iurauerit de veritate dicenda.*

45 *Iudex, vt iuſtè interroget, debet habere delicti probationem ſemiplenam, & illam oſtendere Reo, ſi credimus ſcriptoribus moralibus, & n. 41. 42.*

46 *Deficientibus dictis duobus requiſitis, quid reſultet Reo. 47.*

47 *Remedia contra Reum recuſantem reſpondere Iudici interroganti. 48. 49.*

50 *Cautelam contra Iuramentum Auctor non laudat, nec vituperat, ſed ſe remittit ad ſcripta per Fagnanum relata. n. 52.*

51 *Mentita quid ſit, & an ſit malum iurare, & aſſerere verbis illud, cuius contrarium in mentem firmare intendit.*

54 *Vigentibus controuerſijs ſuper cautelis memoratis, interim Animæ fidelium fluctuant inter pericula. 55. 56. 57.*

58 *Cautelæ moralium non remouent peccati cauſam.*

59 *Delicta punire eſt laudabile, & magis laudabile eſt impedire, ne committantur.*

60 *Regentes Regna decet impedire mala futura.*

61 *A Iuramenti delatione abſtinendum eſt ob timorem periurij, & ità inductum fuit in his Regnis.*

62 *In Camera Imperiali mediante conſuetudine.*

63 *In*

63 *In Gallia mediante conſtitutione.*
Maranta id laudat. n.66. & ibi alij adducuntur. n.67.
64 *Principes, & Regna Regentes iuxtà Conſilium Doctorum Canoniſtarum, & Legiſtarum hortantur ad remouendum Iuramentum, quod Iudices deferunt Reis in Cauſis Criminalibus.* 65. 68. 69.
71 *Nedum Summus Pontifex, ſed etiam cęteri Regnantes poßunt vetare eorum Iudicibus vſum Iuramenti in Cauſis Criminalibus, & quare.*
72 *Mantuæ ſublatum eſt Iuramentum.*
73 *Sabaudiæ ſpeciali conſtitutione prouiſum fuit circa materiam Iuramentorum, & ſublatum fuit radicitùs Iuramentum de veritate dicenda ſolitum deferri Reis in Cauſis Criminalibus, quæ Conſtitutio in tali parte inſerta eſt ſub n.74. & n.75. refertur Sola gloſator dictæ Conſtitutionis.*
76 *Rei in caput proprium, nec in caput alterius iurare deberent.*
77 *Gentiles fecerunt prouiſiones ad impediendum periuria.*
78 *Pater Ioannes de Auila exclamat contra abuſum Iuramentorum.*
79 *Hortantur Fiſci Officiales ad fauendum remotioni huius Iuramenti.* 86.
80 *Regula iuris, quod minimè ſint mutanda quæ diù fuerunt obſeruata, quomodo procedat.* 81.82.83.84.
85 *Conſuetudo mala remoueri debet.*

87 *Peccatum, & delictum ſine lege non dantur.*

88 *Lex debet eſſe clara, certa, & indubitabilis.*

89 *Lex obſcura, vel quæ non poteſt intelligi ab omnibus, non dicitur lex, ſed laqueus.*

90 *Iuramentum de veritate dicenda, quod Iudices Criminales deferunt Reis remoueri debet, vt remoueantur eius effectus.* 91. 92.

93 *Hoc diſcurſu iam completo ſuperuenit edictum Sanctiſs. Pontificis de die* 2. *Martij* 1679. *circa Iuramenta.*

94 *Florentiæ eliminatum fuit hoc Iuramentum à nouiſſima lege lata iuſſu Sereniſſimi Magni Ducis.*



PRÆ

Digitized by Google

I. M. A.

PRÆ OCVLIS REGNANTIVM deducitur Cauſa, & modus præſeruandi fidelium Animas, à labe peccati emergentis, ex Iuramento de veritate dicenda, quod Iudices Criminales exigunt à Reis examinandis.

IVramentum veritatis dicendæ, quod 1
Iudices Criminales prçſtant Reis examinandis, eſt INIVSTVM RESPECTV REI, FRVSTRATORIVM, & INVTILE reſpectu Fiſci, FIDELIVM ANIMAS ILLAQVEAT, intricat taliter, vt neſciant, à talibus laqueis ſe ſe diſſoluere, tàm Agentes, quàm Conſulentes, ideſt Iudex, Reus, & huius Aduocatus. Meritò laudabile eſſet illud eradicare per Regna Regentes, prçcipiendo Iudicibus Criminalibus, ne amplius Reis illud preſtarent.
Iniuſtitia antedicti Iuramẽti probatur multis modis. 2
Primo, arguitur ab eius ortu, & naſcentia, nàm ſine lege emerſit, vt teſtatur *Scacc. de iudic. lib.* 1. *cap.* 12. *n.*9. ibi. *Quare lege non reperitur cautum, quod Reo ſit deferendum iuramentum*, quandoquidem hoc non eſt

iuramentum Calumniæ, quod in criminalibus non habet locum, *Buccaron. crim. aſſer.* 22. *n.* 9. 10. & de iure non prȩſtatur Iuramentum in Cauſa Criminali, *Gandin. de maleſic. tit. de tranſaction. n.* 25. *fol. mihi* 329. *& Io: Americ. à Rosbach. Proceſ. crim. tit.* 5. *cap.* 7. *n.* 12. 13. *fol* 547. *Battandier prax. crim. reg.* 61. *n.* 13. 14. *Balthaſſar. Corrad. Zabanno Vnenſ. tract. de mendacio lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 25. ibi, *in Cauſis Criminalibus famoſis Iuramentum non ſortitur receptionem, cum agitur ad pœnam corpori infligendam, vel cum Cauſa infamiam ſecum trahunt veluti, doli, ſpolij, iniuriarum, etiam ſi de his Ciuiliter agatur.*

3 Et conſuetudo, quæ illud induxit violenta credi debet, vtì inuenta à Iudice Criminali contra Reum ligatum, & in manicas ferreas coniectum, & potentiȩ non valentem reſiſtere. Vnde meritò acriter fuit impugnata, à legiſtis antiquis, vt videre eſt penès *Marſ. in prax. crim.* §. *poſtquam n.* 2. *per tot.* & *Clar.* § *fin. quaeſt.* 45. *n.* 9. non laudat *Caſar Locatell. prax. crim. inſp.*
4 5. *n.* 105. *fol.* 106. *refert Foler.* dicentem tale Iuramentum nunquam Reis deferre ſe voluiſſe, & improbatur etiam ab ijſdem Doctoribus, qui ſuſtinent conſuetudinem, & ſunt *Buccaron. deff.* 23. *n.* 12. *verſ. Quinimo, & Gomez.* ſtatim citand. *Farinac. quaeſt.* 160. *n.* 296.

5 Fundamentum illorum, qui naſcentem conſuetu-

dinem

dinem acceptauerunt, fuit *Bartoli doctrina in l. Marcellus*, §. 1. *ff. de actio. rer. amotar*, vbi dixit, quòd poſitiones, quæ in Cauſis Ciuilibus fiunt, poſſent quoque fieri in Criminalibus, à quo deſumpſerunt argumentum ab identitate rationis, vt Reus teneatur Iurare, dum interrogatur à Iudice, ſicuti iurat, dum reſpondet poſitionibus; licet idem *Bartol.* contrarium ſenſerit in Criminalibus, vt ſcripſit in *l. qui Iuraſſe*, §. *ſi Pater n.* 5. *ff. de Iur. Iurand.* his verbis. *Item nota ex hac gloſſa, quod poſitioni, per quam quis detegeret delictum ſuum, quis non cogitur reſpondère. Et hoc est, quod dicitur in practica, iſta poſitio eſt criminoſa, & ideò ei non reſpondendum*, meritò redarguitur de contrarietate per *ibi Add. ſub. lit. D.*

At contraria Bartoli doctrina fuit ſtatim impugnata à *Baldo in l. pr. C. de pœn. Iud. male iudicant. n.* 3. ſicuti fuit impugnata omnibus ſucceſſiuis temporibus per DD. longa ſerie congeſtos, à *Buccaron. de differ. inter cauſ. ciuil. & crimin. diff.* 32. *per tot.* & ibi *n.* 12 *&* 16. concludit contra Bartolum; quę concluſio communiter recepta eſt à Doctoribus, vt ex profeſſo examinat, & probat *Michalor. tract. de poſit. cap.* 18. *n.* 10. 11. 12. *& cap.* 30. *per tot.* & hoc Iure vtimur nemine diſcrepante in omnibus Tribunalibus. 6

Si ergò ſublata eſt Bartoli doctrina, meritò ruit 7
conſuetudo deferendi Iuramentum defenſata à tali

aucto-

auctoritate, & cadunt ſcripta Doctorum de ea loquentium, qui non examinauerunt Ius, & Iuſtitiam talis Iuramenti, ſed enumerauerunt maiorem partem DD. qui de illius obſeruantia teſtati fuerant, vt *Cęual. de com. contra Com. quaſt.* 301. *Clar. queſt.* 45. *n.* 9. *in fin. Scacc. de Iudic. lib.* 1. *cap.* 86. *n.* 27. *Far. quaſt.*
8 160. *n.* 297. *Guaz. deff.* 20. *cap.* 1. *n.* 1. 2. 3. Ità, & ego teſtare poſſum, vt ex Doctoribus, quos legerim nullum viderim probantem, & laudantem dictum Iuramentum, & defendentem illius iuſtitiam; ſed omiſſa diſcuſſione ſuper Iuſtitia tranſierunt omnes ſicco pede dicentes, QVOD ITA SERVATVR. Solum vidi *Anton. Gomez. reſ. tom.* 3. *cap.* 12. *n.* 5. qui nixus fuit excauare fundamenta Iuſtitiæ dicti Iuramenti: Demùm adducit ad illius deſtructionem, *text. in l.* 4. *ff. de Teſtib.* & in fin. concludit contra Iuramentum in *verſ. Verùm tamèn*, cuius verba hic infrà aptiori loco afferam.

9 Et DD. addentes ad *Gomez. d. cap.* 12. *ſub lit. B.* longo sermone examinata tali concluſione, deniquè concludunt, conſuetudinem deferendi Iuramentum Reis eſſe receptam in practica, ſed à Iure, & à ratione improbatam: Ecce origo, quæ ad praxim fuit redacta, & Florentię comprobata à Statuto in rub. 2. lib. 3. quo fundamento Iuſtitiæ fulcita ſit.

Se-

Secundo, probatur talis Iniuſtitia Iuris diſpoſi- 10
tione aperta, & clara hoc pacto. Fiſco, & Accu-
ſatori incumbit onus probandi crimen obiectum,
aliàs Reus abſoluitur, etiam ſi nihil præſtiterit; hęc
regula paritèr eſt vera, ſicuti eſt nota, & obſeruata.
l. qui accuſare, C. de edendo, D. Fagnan. in cap. ne innitaris
n. 359. de ſumma Trinitate, & Fid. Catol. Guaz. def. 29.
cap. 1. n. 6. & prò cunctis allegare ſufficit eruditiſs.
D. Conciol. in alleg. 83. n. 5. allegat. 84. n. 14. alleg. 88.
n. 6. alleg. 93. n. 1. & paſſim, &c.

Et probationes debent eſſe luce meridiana cla- 11
riores, *l. fin. C. de probation.* & in caſu dubiæ proba-
tionis abſoluitur, *l. meritò, ff. prò Socio, Guaz. d. cap. 1. latè.*

Quam probationem Fiſco non licet ſumere de 12
domo Rei, *l. 10. de minori, §. initium probationum, ff. de*
quæſt. d. l. qui accuſare, ibi. *Qui accuſare volunt proba-*
tiones habere debent, cum neque iuris, neque æquitatis ratio
permittat, alienorum Inſtrumentorum inſpiciendorum po-
teſtas fieri debeat. Et licet Fiſcus regulariter habeat
priuilegium in Iudicijs agendis cogendi Aduerſa-
rium ſuum ad edendum: Hoc procedit in Ciuilibus
cauſis, non autem in cauſis Criminalibus, in quibus
Fiſcus non poteſt ſumere arma de domo Rei, text.
eſt puntualis *in l. 2. ff. de Iure Fiſci*, his verbis. *Item*
Diui Fratres ad libellum Cornelij Rufi reſcripſerunt, totiès
edenda eſſe Inſtrumenta, quoties de Iure Capiendi, vel de Iu-

re

Digitized by Google

re Dominij, vel de alia ſimili re numaria quæratur. NON SI de CAPITALI CAVSA AGATVR, & iuxtà diſtinctionem prędictam in practica ſeruatur *Peregr. de Iure Fiſci lib. 7. tit. 3. n. 23. Guaz. def. 17. cap. 3. n.* 8. & in *ſuo tract. de Confiſcat. Bonor. concl. 23. n.* 10. *Gabriel Perez. de Queſſada tract. de Inſtrum. edition. tit. 7. reſp. 2. n.* 13. 14. & ad excluſionem Fiſci, à ſe petita editione in cauſis Criminalibus me defendente, pluries per Magnos Iudices hìc Florentię Iudicatũ fuit in grauiſſimis cauſis; & Reus ſe prodere pariter non tenetur, & delictum proprium manifeſtare. *Gomez. reſ. tom. 3. cap. 12. n. 5. verſ. Contrarium tamen.*

13 Sed proprium ſanguinem vnicuique licet qualitèrcumque redimere, *vt in ff. de bon. eor. quì ante ſent. l. pr.* ibi, *In Capitalibus criminibus, à Principibus decretum eſt, non nocere ei, qui Aduerſarium corruperit, ſed in his demùm, quæ pœnam mortis continent, nàm ignoſcendum cenſuerunt ei, qui ſanguinem ſuum qualitercumque redemptum voluerit.*

14 Nam ſui ipſius defenſio indicta eſt à Iure naturali, quam leges propterea faciunt Communem, etiam animalibus irrationalibus, *l. pr. §. cum Arietes, ff. ſi quadrup. paup. fec. dicat.*

Et adeò legislatores conſtanter ſenſerunt, vt contra ſe ipſum nemo cogeretur Teſtimonium dicere, quòd inſuper ſanxerunt, neminem inuictum cogi

poſſe

poſſe ad perhibendum Teſtimonium contra ſibi coniunctos ſanguine, parentela, vel honeſtate, vt in *l.10.de minori ff.de quæſtion.* ibi. *Nam Patris non debere torqueri in filium conſtitutum eſt, &c. & puto rectè dici nec filij ſeruos eſſe in caput Patris torquẽdos, &c.aut liberos eius, qui accuſat, aut ſeruos in Teſtimonium vocare, &c. & in ff. de Teſtib. l.* 4. ibi. *l. Iulia Iudiciorum Publicorum cauetur, ne inuitò denuncietur, vt teſtimonium litis dicat aduerſus Socrum, Generum, Vitricum, Priuignum, Sobrinum, Sobrinam, Sobrino, Sobrinaue natum, eoſque qui propriore gradu ſunt. Item ne liberto ipſius, libertorumue eius Parentum, Viri, Vxoriſue, & vt nec Patroni, Patronęue aduerſus libertos, neque liberti aduerſus patronos cogantur Teſtimonium dicere.* Et ità in Practica ſeruari vno ore teſtantur DD. congeſti, miro ordine *per D. Conciol. prax. verbo Teſtes, reſ.19. n. 1. fol. 631.* 15

Et hoc argumento ad redarguendum dictum Iuramentum vtitur *Buccaron. crim. diſ. 22. n. 5. verſ. Quinto arguo.*

Inſuper nec volentes teſtificare contra ſanguinem admittuntur, iuris fictione, exiſtimantes Patrem, & filium vnam eſſe Perſonam, & non duas, *vt C. de Teſtib. l.5.* ibi, *Parentes, & liberi inuicem aduerſus ſe, nec volentes ad teſtimonium admittuntur*, & ibi, *Barboſ. n. 1. & Far. quæſt. 154. n. 470.* 16

Si ergo ratione fictæ veritatis repellitur etiam 17

ſpontanea teſtificatio, ſequitur per antecedens neceſſarium, vt à vero ipſomet Reo non poſſit elici depoſitio cum iuramento, *Franc. Verd. moral. quæſt.* 12. *par.* 7. §. 33. *fol.* 168.

18 Et licet *l. pr. ff. de quæſt. cum concordantibus* admittant coactionem mediante tortura: Reſpondetur, quod non infertur à tortura ad iacturam Animę: Immò retorquetur argumentum, vt periculum periurij remoueat Iuramentum, ſicuti remouetur tortura, & carcer, quoties præbere poſſunt cauſam morti, vel debilitationi Rei, *l. pr. C. de cuſtod. Reor. l.* 7. *quæſtionis, ff. de quæſtion. Far. q.*27.*n.*97. *q.*38.*n.*53.

19 Item reſpondetur, quod præfatum argumentum ob diſparitatem terminorum, non vindicat locum; plus enim eſt Iuramentum, quàm tortura; nàm iſta ſubiectum habet finitum, quod eſt corpus: At Iuramentum verſatur circa Animam ſui natura infinitam, & corpore prętioſiorem, *cap. ſi quis, & cap. ille qui hominem* 22. *quæſt.* 5.

20 Sed ſatis erat reſpondere, quod lex non prouidit de hoc Iuramento, ergo non voluit; quod enim lex non dixit, nec nos dicere debemus, *l. illam, C. de Collation. Cenc. de cenſib. quæſt.* 47. *n.* 28.

21 At reſpondetur, quod tortura in Criminalibus eſt remedium Subſidiarium loco Iuramenti ad inuenta, & meritò licita eſt tortura, & illicitum eſt

Iura-

Iuramentum, ità ſcribit *Ioan. Americ. à Rosbach. in Proceſſ. crimin. tit.* 5. *cap.* 7. *n.* 14. 15. *fol. mihi* 547.

Eiuſdem iuramenti aſperitatem ſenſit *Scot. in* 4. *Sent. diſt.* 15. *quæſt.* 4. *art.* 2. *verſ. ſed*, quem refert *Villagut. in prax. crim. canon. lib.* 1. *concl.* 3. *fol.*48. *col.*4. ibi, *Durum videtur, quod quilibet accuſatus in Publico ab vno, ſtatim teneatur de neceſſitate ſalutis in Publico confiteri illud, & ſic ſtatim ſe exponere patibulo in Iudicio Sanguinis.* 22

Idem ſenſit *Marſil. in prax. crim.* §. *poſtquam n.* 1. 2. *et Clar. d. quæſt.*45. *n.*9. & adeò Iuris cōmunis diſpoſitioni incognita eſt huius Iuramenti delatio, vt quinimò ex diametro aduerſatur eiuſdem Iuris Regulis, vtì intruſa per ſaltum, & violentiam intempeſtiuè, & patet ex his. Reus interrogatus in Caput propri- 23
um, ſicut in Caput Alterius, cum Iuramento, si detegitur periurus, ex quò contra veritatem reſponderit, non punitur in foro fori, *Farinac. quæſt.*160. *n.*296. *Caual. de com. contra com. quæſt.*301. *n.*4. *Cartar. tract. de interrogand. Reis lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 16. *Maranta Ciuil. prax. tit. de interrogat. n.*7. *et* 9. reddit rationem de Iure, his verbis: *Qui interrogatus de aliquo, quod continet crimen, vel turpitudinem, non cogitur quis reſpondere, Clar.* §. *fin. quæſt.*45. *n.*9. *Cart. de inter. Reis lib.* 3. *cap.* 3. *n.*13. & in punctō, quod huic Reo periuro non imponatur pęna, quia hoc Iuramentum ſit iniuſtum,

 tenet,

tenet, & probat pręcitatus *Balthaſſar Corradus in dicto tractat. de mendac. lib. 3. cap. 5. n. 26.*

Alia iuridica ratio non imponendi pęnam huic Reo peieranti eſt, quia nemo pęna plecti poteſt, niſi à lege impoſita ſit ſpecialiter.

24 Licet enim Officium legis ſit, imperare, vetare, permittere, punire *l. 6. ff. de legib.* Nihilominus Contrauentores non puniuntur ob contrauentionem, ſi pęna à lege indita non extiterit actui contrauentiuo *DD. vno ore, Caball. caſ.* 1. *n.* 1. *Farinac. quæſt.* 31. *n.* 108. *D. Conciol. allegat.* 92. *n.* 4.

25 Alia ratio ſuperadditur. Iuramentum aſſumit naturam actus cui adijcitur, *Addent. ad Bartol. in l. ſocietatem n.* 3. *lit. H. ff. pro ſoc. Barboſ. axiom.* 134. *n.* 1. *Ciarlin. contr.* 2. *n.* 93. *tom.* 1. Actus interrogandi eſt illicitus, ergo Iuramentum eſt illicitum. Antecedens probatur per *l.* 10. *de minore, ff. de quæſt.* ibi. *Nec debet initium probationum de domo Rei ſumere, & Clar. §. fin. quæſt.* 45. *n.* 5. ibi, *cæterum ſecundum diſpoſitionem Iuris Communis, ſi Reus comparet, & neget, non eſt vlterius*
26 *examinandus,* ſaltem non pręcedentibus inditijs, etiam in terminis conſuetudinis interrogandi, *Cartar. de interrog. Reis lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 3. 4. 5. Conſequentia prędicta ex iam dictis patet, & per ea, quę ſcribit *de Caſtillo tract. de Iuramento diſput.* 2. *dub.* 2. *n.* 35. vbi habetur, quod Iuramentum ſine iuſtitia non ſuſtinetur.

Et

Et omninò in puncto, quod Reus in Cauſis Criminalibus non teneatur iurare, de dicendo veritatem, & quod Iudex non poſſit, nec debeat ei deferre tale Iuramentum, & ſi detulerit, quod faciat iniuſtitiam, tenet, & probat *Io: Zanger.* (quem vidi iam per me hoc legali diſcurſu completo) in ſuo tractatu cui talis eſt titulus, *De controuerſo Iuris articulo, vtrum Reus in delictis, quæ pro atrocitate, vel pœnam sanguinis, vel infamiam merentur, ſub iuriſiurandi fide interrogari debeant, fol.* 131. ibi. *Concludimus ergo in actione iniuriarum, quæ famoſa eſt, eatenus iuris iurandi delationi locum eſſe, quatenus agitur de re priuata, hoc eſt ad æſtimationem iniuriæ eiuſue ſatisfactionem: Quatenus verò petitur vt Reo infamia irrogetur, aut pœna, quæ infamiam irroget, qualis eſt relegatio, & hodie etiam fuſtigatio imponatur, Reum cogi non poſſe, vt iuret, ſed legitimis probationibus eum conuincendum eſſe. Idem dicendum eſt in reliquis Iudicijs famoſis, ſeu turpibus actionibus, &c.*

Quare multi ex Iudicibus Criminalibus Deum 27
timentes teſtantur, ſe ſe habuiſſe hoc Iuramentum in tanta diffidentia, vt noluerint eo vti in examinandis Reis, vt referunt *Marſil. dicta prax. crimin. §. poſtquam n.* 4. *verſ. & per iſta, & verſ. & ideo, Neuizzan. Silua Nuptial. lib.* 3. *n.* 43. *verſ. Et propterea, & Anton. Sola ad Conſtitution. Sabaudiæ, tit. del Giuramento*

Digitized by Google

mento, gloſ. 13. *n.* 12. *Guazzin. defenſ.* 20. *cap.* 1. *n.* 3. *Buccaron. in tract. de different. inter cauſ. ciuil. et criminal. differ.* 23. *n.* 12 *verſ. quinimo, Farinac. prax. quæſt.* 160. *n.* 296. *Vbi adducit Foller. et alios, etc.*

Et hæc quo ad Iuramenti Iniuſtitiam.

28 FRVSTRATORIVM, ET INVTILE tale Iuramentum reſultat Fiſco, nàm ſicuti nititur vnica tantum cauſa, ideſt ad releuandum Fiſcum ab onere probandi, & ob id ad extorquendum ab ipſo Reo ſui Criminis Confeſſionem, certè Cauſa hæc ſemper fruſtratur, & tentatiuum factum mediante Iuramento ſemper, atque ſemper inutile reſtat, vt patet ex hoc dilemmate: Nam ſi Reus eſt innocens, certè negabit, & Iuramentum nihil proficiet, quia confiteri non poteſt id, quod non fecit. At ſi Reus ſit Culpabilis, adhuc negabit ſe deliquiſſe non obſtante Iuramento. Siquidem nemo ſectatur illum, qui ab omnibus laudatur Regulus, quòd Cartaginem ad exquiſita ſupplicia redire maluerit, quàm fidem Iuramenti frangere, cuius meminit Ieremias Setſer. Brandemburgenſis in ſuo *tract. de Iuram. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 18. quia hodiernis temporibus non vidi Reum, qui maluerit ſui corporis ſaluti præferre Iu-

29 ramentum: Vnde in explendo munere Iudicis, & in cura defendendi Reos, quibus operam dedi per annos xxxx. & vltra hìc Florentiæ, & quandoque

Ro-

Romę, licèt prę manibus habuerim ingentem quan-
titatem Reorum (& vt verè credo) non infra nume-
rum xx. millium, vnum non inueni, qui horruerit iu-
rare ad tuendam vitam, honorem, vel ſubſtantias
in cauſis Criminalibus iuxta *cap. ſi quis coactus* 22.
quæſt. 5. Et hoc non ſolum huiuſce noſtræ ætatis eſt
vitium, nam ſcriptores vltra centum, & quinqua-
ginta annos elapſos, ſic factum fuiſſe eorum tempo-
ribus teſtantur, vt per *Marſ. prax. Crim.* §. *poſtquam* 30
n. 4. cuius verba ſunt hæc: *Sed cui dubium, quod
Reus in criminalibus, vt euadat vitam iurabit falſum, non
dicam ſemel, ſed millies, et centum millies, niſi eſſet talis
ſanctus homo, ita bonæ conſcientiæ, ac ſanctæ vitæ qui potiùs
mori vellet, quàm falſum iurare. Sed profectò tales homines
receſſerunt ab Aula, et ſemen eorum in totum eſt eradicatum.
Cartar. de inter. Reis lib. 3. cap. 3. n. 16. Buccar. crim. diſ. 22.
n. 5. verſ. Quarto quia non eſt, &c.* conſentit, quod hoc 31
Iuramentum fruſtratorium ſit, & ex auctoritate Bal-
di dicit, quod ob id hodie non ęſtimatur vnico obo-
lo, *Far. q. 160. n. 296. & confert, text. 22. q. 5. cap. ſi quis* 32
coactus, & cap. illi qui hominem, ibi. *Scis verum eſſe, quod
dicis, & falſum quod ille dicit, & iurare compellis. Ecce
quod ille iurat, ecce peierat, quid inueniſti? Imo, & tu perij-
ſti, qui de illius morte ſatiari voluiſti*; hoc idem firmat
Balthaſſar Corrad. tract. de mendac. lib. 3. cap. 5. n. 36.
Et ex his fruſtatorium eſſe demonſtratur.

FIDE-

33 FIDELIVM ANIMAS ILLAQVEAT, intricat, inuoluit, nempe Aduocatorum conſcientiæ ſunt in diſcrimine, *Ala tract. de Aduoc. Chriſt. queſt.* 71.

34 Caſiſtas etiam peritiſſimos non ſemel vidi requiſitos ad Conſulendum super hac re agenda, perplexos, ancipites, & quandoq; noluiſſe eorũ conſilium proferre ob Rei dubietatem, & loco petiti conſilij, dixiſſe, quod hoc Iuramentum ſit ſentina omnium
35 malorum: Animę Iudicum Criminalium non ſemper periculo vacant; in multis enim caſibus irretiri poſſunt propter delatum Iuramentum de veritate dicenda, dum iniuſtè Reum interrogant, vel vident eum in ſtatu negandi veritatem, & nihilominus prę-ſtant eis Iuramentum, *vt in cap. Clericos de Cohabitat. Clericor. & 22. quæſt. 5. cap. 1. cap. 3. cap. 4. cap. 5.* ibi. *Ille qui hominem prouocat ad iurationem, & ſcit eum falſum iuraturum eſſe, vincit homicidam, quia homicida corpus occiſurus eſt, ille animam, imò duas animas, & eius animam quem iurare prouocauit, & ſuam, & cap. 6. his verbis: Qui exigit Iurationem multum intereſt, ſi neſcit illum iuraturum falſum, an ſcit, ſi enim neſcit, & ideo dicit: Iura mihi, vt fides ei ſit, non eſt peccatum, tamen humana tentatio eſt. Si autem ſcit eum fuiſſe, & cogit eum iurare, homicida eſt, ille enim ſe ſuo periurio interimit, ſed iſte manum interficientis, & impreſſit, & praſſit. Carpan. ad* ma-

Mediol. Stat. cap. 100. *n.* 13. *Michalor. de poſition. cap.* 17. *& cap.* 51. *Balthaſſar. Corrad. d. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 30. vbi firmat, quod non ſit deferendum Iuramentum; quando ſubeſt ſuſpicio periurij, & quod peccet Iudex, qui tunc defert Iuramentum.

Reorum iurantium Animæ ſunt in cornu fortiori huius Belli, & conſtitutæ in periculis euidentiſſimis, habentes vndiq; anguſtias, ideſt in Iuramento, & in Cautelis adinuentis; ad prȩſeruandum eas à Iuramento, prȩbet occaſionem, immò neceſſitatem probabilem peierandi, *Clar.* §. *fin. quæſt.* 45. *n.* 9. *Cartar. de interrog. Reis lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 14. *Scacc. de iud. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 9. *verſ. Quamuis.* 36

Scriptores Morales multum inſudauerunt ad euitandum periurium in Reo iurato negante veritatem, vt videre eſt pȩnes *Alam tract. de Aduoc. Chriſt. quæſt.* 71. *Guazzin. def.* 20. *cap.* 1. *n.* 1. 2. 3. *Farinacc. quæſt.* 160. *n.* 311. *Buccaron. cauſ. ciuil. & crim. differ.* 23. *verſ. Quinimò. Villagut. prax. crim. canon. tit.* 3. *de accuſat. concl.* 3. *qui poſt Diuum Thomam* 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 9. *Caietan. & alios lato ſoleo ſcribit Diaz. prax. crim. canon. quæſt.* 118. *n.* 4. 5. *Paul. Guaz. ad def. anim. Iud. & Aduocator. lib.* 2. *tit. de Iud. def.* 4. *cap.* 78. *n.* 26. *& poſt S. Thomã, Scot. Nauar. & alios quam plures ſcripſit Aluarez. de Velaſco tract. de Iud. perfecto, rub.* 14. *annot.* 4. *n.* 13. *& ead. rub.* 14. *annot.* 5. *n.* 29. 30. 31. *Thomas del Bene* 37

D *tract.*

tract. de Iuram. dub. 17. n. 6. fol. 86. Franc. Verde moral. queſt. 12. §. 33. par. 7. fol. 167. Gomez. Variar. reſol. tit. 3. cap. 12. n. 5. Ioann. de Caſtill. tract. de iuſtit. diſput. 6. & in tract. de Iuram. dub. 12. ex n. 361. ad n. 380. Fagnan. in cap. falſidicus de crim. falſi.

38 Nihilominus inutiles, vel parum vtiles, & in aliquibus caſibus dannoſi ſunt talium piorum ſcribentium labores, nàm eorum ſubtiles diſtinctiones, ſępè obnubilant mentes Reorum, quia inter Reos pauci ſunt, qui ſciant has cautelas, pauciores ſunt qui habeant mentes taliter eruditas, & acutas; vt illis vti valeant, ſaltem ad amuſſim. Et quod magis eſt, vix poteſt dari caſus, vt vna ex talibus Cautelis ſit accomodabilis actui practico; vt ecce: Scribentes ſupra memorati, & cum eis *Fagnan. in dicto cap. falſidicus n. 154. 155. de crim. falſi fol. mihi 318.* dicunt.

39 Quòd Reus iuratus Iudici eum iuſtè interroganti, teneatur reſpondere fatendo veritatem quam, nec ſimulare, nec obnubilare licet mediantibus ęquiuocis, quia tunc Iuramentum operatur ſecundum mentem Iudicis illud præſtantis.

40 Dicunt etiam in caſu contrario, dum ſcilicet Iudex iniuſtè eum interrogat, quod Iuramentum operatur ſecundum mentem Rei Iurantis, qui ob id poſſit reſpondere ęquiuocè, & amphibologicè.

Di-

Dicunt prętereà declarando terminos prędictos, 41
quod Iudex tunc dicitur iuſtè interrogare, dum habet in Proceſſu probationem ſemiplenam, & illam oſtendit Reo.

Veniamus modò ad actum practicum, & ſic ad videndum quomodo tales Cautelę, & diſtinctiones proſint.

Primus caſus ſit, quod Iudex interroget iuſtè 42
(vt ſupra) Reum culpabilem in caſu vitæ, iacturæ grauiſſimæ, & iurauit dicere veritatem, & tamen negauit. In hoc caſu variant ſcribentes circa peccatum; quandoquidem multi, pręſertim inter antiquiores, tenuerunt, quod ſemper mendacium ſit peccatum: Alij recentiores tenent, quod in caſibus ita grauibus, non teneatur ſe prodere, & in hoc conflictu quęritur magis cõmunis ſententia, *Fagnan. in cap. falſidicus n. 57. & ſeqq. de crim. falſi.* Vnde Reus, & eius Aduocatus, non ſine difficultate ante ſuſceptum Iuramentum poſſunt ſecurè capere reſolutionem ad prætuendam conſcientiam.

Secundus caſus ſit, quod Iudex iuſtè (vt ſupra) 43
interroget Reum iuratum, & Reus ſit innocens, vt v. g. dum inquiritur de homicidio, licet homicidium ſit verum, tamen impunibile, quia Reus illud commiſit ad neceſſariam defenſionem, remotis arbitris; quo caſu, ſi negat occidiſſe, negat verita-

tem, & tamen non venit contra Iuſtitiam, quia non eſt punibilis; & ſi confiteretur occidiſſe, puniretur
44 tanquam homicida, dum non habet vnde probare poſſit ſuam exonerationem, ſcilicet ſe occidiſſe ad neceſſariam defenſam: Quo caſu quamuis *Io. de Caſtil. tr. de Iuram. dub.* 12. *n.* 364. excuſet negantes, non tamen omnes id firmant *Fagnan. in cap. falſidicus n.* 50. 56. 106. 107. 155. Ecce qualitèr Iuramentum ponat in anguſtijs Reum quòad Animam, vel quòad vitam.

45 Tertius caſus eſt dum Iudex iniuſtè Reum interrogat, ideſt quia non habeat in Proceſſu ſemiplenam probationem, vel quia habeat, ſed tamen eam noluerit oſtendere Reo, quod ſemper faciunt Iudices, & alitèr facere non poſſunt, iuxtà veram, & genuinam practicam criminalem *Doctiſſimus Laurentius Math. Sanz. Valent. tract. de re crim. contr.* 25. *n.* 6. ibi. *At verò durante adhuc Inquiſitione, & ſummaria informatione dari copia non poteſt, quia deſtrueretur opus, & euaneſceret finis, ad quem dirigitur, cum cognitio illa inſtituta ſit ad percipiendum ſecretè.*

46 In hoc caſu dicunt ſupra memorati, & alij ſcribentes, quod Reo Iurato liceat obſtare, reſiſtere, appellare, vel reſpondere ęquiuocè, vel amphibologicè.

47 Sed hæc remedia ſunt vana, & ventoſa, quæ poſſunt diſcurri, ſed nō ad praxim redigi, nàm reſiſtere,

appel-

appellare fieri non poteſt, tergiuerſare, amphibo-
logicè reſpondere non eſt practicabile. Quando-
quidem criminales Iudices, verſati, & verſuti benè
cognoſcunt qualitatem harum reſponſionum, eas
reijciunt, & præcipiunt Reis ſub comminatione 48
confeſſati criminis, & contumaciæ, vt reſponde-
ant purè, clarè, quod facere coguntur, niſi vo-
luerint haberi pro confeſſis, vel torqueri, vt poſt
